





quo beneficio, licetum est contententibus, pacifici de pensione concedenda sub conditione, si Pontifex dispensaverit, quae scilicet, pactum esset iuramentum, & vere obligat: ergo similiter in nostro casu. Præterea, quia in hac promissione duo involvuntur, alterum, promissio petendi dispensationem, alterum, ea obtenta contrahendi: & utrumque est licitum, & possibile, ergo promissio obligat. 2. principaliter probatur, quia licet conditio pendens a Principis voluntate reputaretur impossibilis, at quoties est præambula, & necessaria ad dispositionem, & adus valorem, non est rejicienda, etiam summe difficultas sit, sed ejus eventus expectatur. Ut tradunt Bald. 1. quest. 6. n. 17. C. de institutionibus. Et sub Alex. l. apud Julianum, §. Constat, n. 5. ff. de legat. 1. Et ibi Jason, n. 16. Socinus, l. Quidam relegatus, ff. de rebus dubiis, Ant. Gom. l. 9. Tauri, nu. 18. sine: sed hæc conditio, si Pontifex dispensaverit, est necessaria ad valorem promissionis matrimonii inter impeditos: ergo non est rejicienda. 3. quia licet factum pendens a Principis voluntate, reputetur impossibile, non tamen excusatur promittens, nisi a Principe postulari, licet facile non solet concedere. Ut tradunt Bald. conf. 395. n. 3. l. 2. Paul. conf. 433. n. 2. vers. Sed his non obstantibus, l. 1. Aimon, conf. 121. n. 10. hb. 1. Zephal. conf. 304. n. 12. l. 3. Meres de majorat. 4. p. qu. 40. n. 20. Ergo etiam ea conditio est impossibilis, non est irrita promissio, sed tenebitur promittens nisi dispensationem impetret. Et ideo hæc sententiam tenent Ant. c. Super, eod. n. 8. de condit. appof. Et ibi Calderinus. Et in hac quævis dubius, magis inclinatur præpositi n. 5. Et in hac inclinatur videtur Jason l. Apud Julianum, §. Constat, n. 11. ff. de legat. 1. Et servatur de contractibus. secundum Boerium de off. 264. n. 27. Eandem tenent Angel. matrimon. 3. imped. 3. n. 4. Dicitur l. Ea que raro, n. 14. ff. de reg. jur. Nov. l. 4. conf. 1. edit. tit. de sponsal. conf. 25. n. 2. in 2. tit. de consang. conf. 5. n. 2. Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. in 2. n. 9. Ant. Gab. in nota edit. 2. comp. verb. matrimon. lib. 11. ff. 92. Julius Clarus l. 5. receptarum, verb. Incestus, vers. Sed quid. Et supponere videtur Greg. Lop. lib. 3. verb. Casus, t. 4. p. 4. dicit enim, adventive dispensatione non esse necessarium novum consensum, & sic clare sponnit priorem promissionem valuisse. Et quando intervenit iuramentum, tenet idem Tabiezu verb. Sponsalia, q. 8. n. 9. Et ibi Armilla, n. 11. Et ex Theologis sequitur hæc sententiam Adrian. 4. materia de matrimon. q. 3. dub. 10. Phibare. Jun. partus de offic. sacerdot. c. de spons. Veracruz appof. ad speculum super articulo. 19. de condit. a. ff. 114. Petr. de Ledes. de matr. q. 47. a. 5. d. 2. concl. 2. Lud. Lop. 2. instr. c. 42. d. matr. fol. 186. Angles floribus 1. p. q. 2. d. nacer conditionato, ark. univ. dub. 3. fol. 542. Barth. a Ledes. de matr. dub. 25. fol. 1272.

Sic conclusio, l. sent. probabilis est: sed III. opinio est multo probabilior. Secundam autem minime percipio. Non enim video qualiter litare possit, aliquid esse obligatum, & semper posse resistere: si enim potest resistere, ergo non est obligatus. Nec conert simile de sponsalibus impuberum. Quia impuberes non semper resistere possunt, sed statim, ac pubertatem nacti fuerint (ut dixi l. 1. disp. 1. n. 6. & 14.) at juxta hæc sent. possunt tempore contrahentes resistere, nisi obtenta dispensatione novam obligationem ineant. Ad argum. l. sententia, proposita, nu. 5. constat ex dictis nu. præced. non enim est impossibile quod pendet a voluntate Principis, & per remedium dispensationis extraordinariam sit, quando Princeps fidei dispensaverit, sed quando nullo modo foret: nec tene verum dicitur impossibile, sed difficile. Ad argum. quo usus est Enrig. eod. n. 5. propositum, die melius esse conformari legi communi, quando non est aliqua obligatio licite contracta, ab ea recedendi: qualis est promissio matrimonii inter impeditos, præmissa conditione, si Pontifex dispensaverit. Sicut jure communi contententibus circa beneficium minime hæc de pensione danda pactum inire, quod tamen pactum semel initum, sub conditione, si Papa consenserit, obligat quidem, & neutri contrahenti altero in reo resistere licet.

Idem dicendum est, quando tales consanguinei vel alio impedimento affecti contraxerunt per verba de presenti, sub conditione, si Papa dispensaverit: tenentur enim. Quia resolvitur is contractus in promissionem de futuro, juxta c. Super eo, in fin. de condit. appof. Sic Ant. Calderinus, Covar. n. 9. Petr. de Ledes. alleg. nu. 12. Gutierrez q. can. l. 1. c. 22. pp. 22.

Similiter idem asserendum est, licet consanguinei dantes fidei fidem prædicam de matrim. contrahendo, sint secundo consanguinitatis gradu conjuncti. Quamvis enim difficultas solet Pontifex dispensare in hoc gradu, at sæpe ex causa iusta dispensat. Sic Navar. lib. 4. conf. 2. edit. tit. ad consang. consil. 5. Petrus de Ledes. de matrim. q. 47. art. 5. dub. 2. in solut. ad 1. Et contra-vel ex iis, que dicemus n. 20. nimirum, non rejici a legato, vel majoratu conditionem contrahendi cum consanguinea in secundo consanguinitatis gradu, præmissa dispensatione.

Hinc inferitur, contra DD. relator n. 8. hos impeditos contrahentes sub conditione, si Pontifex dispensaverit, minime peccare. Quia illa conditio suspendit in tempore habile, tollitque rationem culpæ, ab eo contractu. Sic Adr. 4. de matrim. quest. 3. dub. 10. in solut. ad 2. Covar. 4. decret. 2. part. cap. 3. in 2. Gutierrez q. can. l. 1. c. 22. m. 5. c. 17. Si militer neganda sunt corollariorum, que intulit l. sent. nu. 9. & 10. innotunt enim illi fundamentum, quod pendet a voluntate Principis esse impossibile.

2. Inferitur, quid dicendum sit ad eam quæstionem. An si duo 17 con-

traherentur, si Pontifex dispensaverit, incurrant excommunicationem latam, Clem. unica, de consang. contra consanguineos contrahentes? Gutierrez q. canon. l. 1. c. 22. n. 17. affirmat incurrere. Quia ea conditio tanquam impossibilis rejicitur, maneatque purum matrimonium.

18. Sed dicendum est, nullo modo incurrere, quia ea conditio non reputatur impossibilis (ut probavi n. 12.) Sic Adrian. 4. q. 3. de matr. dub. 10. ad fin. Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. in 2. n. 7. Greg. Lop. l. 6. verb. Impossibile, tit. 4. p. 4. Anton. Cucus l. 5. instit. major. t. 1. n. 56. sine, Lud. Lop. 2. part. instr. de matr. c. 42. fol. 108. l. col. 2. Petr. de Ledes. de matr. p. 47. art. 5. fol. 257. 8. Sed circa confirmationem ultimi argumenti.

19. 2. Inferitur valere conditionem legato, vel majoratui adjectam, ut legatarius, vel in majoratu succedens ducat consanguineam, & præmissa Pontificis dispensatione. Quia ea conditio non reputatur impossibilis. Nec obstant l. 5. si pupiler, ff. de verb. obl. l. 14. sine, t. 4. p. 6. quarum verba referam n. 26. Quia loquuntur, dum non exprimitur conditio, si Pontifex dispensaverit: vel si exprimitur, est tunc impedimentum, in quo non est solitus dispensare. Sic docent Acoffa l. 1. Sed. c. 8. n. 24. Molina l. 2. de primog. c. 13. nu. 8. usque ad 13. Meres de minor. l. 1. p. q. 50. nu. 9. Gutierrez conf. 18. nu. 9.

20. Controversia autem est inter hos DD. quando consanguinitas est in 2. gradu, an valeat talis conditio? Nam Mol. eo. c. 13. n. 12. c. 13. Enrig. l. 12. de matr. c. 10. n. 4. dicitur rejici in hoc gradu dispensationem, tanquam impossibilem, illaque rejecta, valere legatum. Quia Trident. sess. 24. de matr. cap. 5. decernitur in hoc gradu dispensationem non esse, nisi inter magnos Principes. Sed verius est valere conditionem. Quia licet difficile dispense Pontifex, sæpe tamen solus dispensare. Sic docent Acoffa l. 1. Sed. c. 8. n. 14. Molina mutans sent. in annotat. quas propositi in fine totius lib. de primog. n. 12. Gutierrez conf. 18. n. 9. Imo addit Acoffa, valere conditionem, ut contrahat cum consobrinio, si Pontifex dispensaverit, mulier succedens in majoratu. Quia quamvis difficillima sit dispensatio, hoc potius ad difficultatem, quam ad impossibilitatem pertinet.

21. Incumbat autem legatario, vel majoratus successori gravato ad contrahendum cum consanguinea, si Pontifex dispensaverit, impetrare dispensationem. Cum ipse tenetur nisi implere conditionem, si valeat legatum, vel majoratum. Sicut ipsi incumbet quodcumque aliud onus legato adjectum subire. Sic Meres alios referens, de major. l. 1. p. q. 50. nu. 3. c. 4. p. q. 40. n. 20.

S U M M A R I U M.

An promissio matr. inter impeditos, sub conditione, si Pontifex dispensaverit, vel sub alia, que postea sub habiles, ut si quis promittit infideli, si convertatur, obligat tanquam vera sponsalia, explicatur, in quo consistat difficultas, nu. 22. Et ibi, ante impletam conditionem non sunt sponsalia. Proponitur opinio asserens impletam conditione, non obligare ut sponsalia, num. 23.

Opinio auctoris, nu. 24. Et ibi solvitur argumentum. Reprobanturque dicentes esse hanc conditionem generalem, si convertaris. Post quem invenies alia summaria.

22. Quæstio II. An promissio matrimonii inter impeditos, sub conditione, si Pontifex dispensaverit, obligat, ut simplex promissio, vel ut vera sponsalia? Et generaliter an sint vera sponsalia, quoties inhabiles promittunt sibi mat. sub conditione, que postea fit habiles: ut si promittit fidelis infideli matrim. fit convertatur? Propono autem hoc dubium generaliter, quia in priori exemplo, cum conditio illa, si Papa dispensaverit, pendeat ex Principis voluntate, omnes DD. relati nu. 5. negant in ratione promissionis valere: nec in ratione sponsalium. Quia reputant eam conditionem impossibilem. Quare non consistit vis hujus difficultatis in hoc, sed est ea conditio fit possibilis, & ex hac parte non fit rejicienda, ut contingit in posteriori exemplo, quando promittit fidelis infideli fit convertatur, an obligat talis contractus in ratione sponsalium, non obstante inhabilitate ad contrahendum, tempore promissionis facta? Et quidem ante impletam conditionem, nemo dubitat non esse sponsalia, quia deficiat consensus perfectus conditione nondum impleta. Et constat c. 1. de sponsal. in 6. ubi ex sponsalibus conditionalibus deciditur ante impletam conditionem non oriri publica honestatis impedimentum: eo quod nondum valida fit detecta consensus.

23. Difficultas autem est, an post conditionem impletam? Aliqui negant obligare ut sponsalia, sed ratione totius promissionis, nisi tunc ratificentur. Quia tempore, quo fit contraxerunt, erant inhabiles, & ubi impleta est conditio, & jam sunt habiles, non ratificantur priores consensus, sed fit illi permittunt immutari. Ergo talis promissio non habet rationem sponsalium. Sic in utroque exemplo docet Enrig. l. 12. de matr. c. 13. sine, c. 10. n. 4. Angles floribus 1. p. q. 2. de consensu conditionato, dubit. 2.

24. Sed dicendum est, impleta conditione esse vera sponsalia. Quia licet illi inhabiles sint ad contrahendum pro tunc, non tamen ad contrahendum tempore impletæ conditionis, at quando contrahunt sub conditione, non contrahunt pro tunc, sed pro tempore conditionis impletæ. Quoniam ea est conditionis natura, ut suspendat adum, & ens absolutam obligationem, Thom. Sanchez de Matrim. Tom. 1.

in tempore impletæ conditionis. Ut dicitur L. Cederet diem, 213. ff. de verborum sign. ibi, ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente ad hunc conditionem. Et per hoc voluit argum. contraria sent. propositum nu. præced. Nec est foris, priores consensus permanere immutatos: Quia pendente conditione sunt inefficaces, imperfecti, nec parant publicam honestatem: quæ locus le habent, conditione impleta c. 1. de sponsal. in 6. Et confirm. nam institutio ut valida sit, debet esse hominis capacis, & tamen valet institutio spurii facta sub conditione, si Princeps eum legitimaverit (ut probavi n. 12.) Quia licet spurius sit incapax tempore institutionis, at conditio illam suspendit, ut non censetur ex tunc facta, sed a tempore impletæ conditionis, quo jam est capax: ergo similiter in nostro casu. Sic docent in prioribus exemplo, quando consanguinei promittunt sibi matrim. sub conditione, si Papa dispensaverit: Adrian. 4. q. 3. de matr. dub. 10. in solut. ad 2. c. ad ult. c. post solut. adult. vers. Resat respondere, Cov. 4. decret. 2. p. c. 3. in 2. n. 9. sine, Gutierrez q. can. l. 1. c. 22. n. 17. Veracruz appof. ad spec. super art. 19. de condit. appof. ff. 118. vers. Hanc opinionem, Manuel l. tom. sum. 2. edit. c. 244. n. 9. Lud. Lop. 2. p. instr. c. 42. de matr. fol. 1086. Petr. de Ledes. de matr. q. 47. art. 5. dub. 2. concl. 1. c. 3. Et in priori exemplo quando aliquis fidelis promittit matrim. infideli, fit convertatur, esse vera sponsalia impleta conditione, docent D. Bonav. 4. d. 28. q. 3. n. 13. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 6. in prim. Resella, verb. Impedimentum, impet. 9. inia. Angel. Matrim. 3. imped. 10. in 2. Siro. dicens esse omnino, Matr. 8. q. 10. dicit. 3. Lex 15. r. 2. p. 4. Sol. 4. d. 39. quæ. art. 2. vers. Unde verbum in solut. ad 2. Petr. de Ledes. eod. art. 5. dub. 2. ante solut. ad 1. Et hujus sent. aperte videtur Ant. cap. de infidelibus de consang. n. 7. ubi Alex. de Nevo, n. 12. Card. c. j. n. 3. de condit. appof. ubi Henric. n. 2. Præpos. n. 6. vers. In ea quoque dicitur enim valere matrim. in utroque inter se, & in se, ad conditionem, si infidelis convertatur, & suspendi in tempore eventus conditionis. Hinc fit mimis bene Sotom. 4. d. 29. qu. 2. art. 1. vers. Ante secundum vero, quem sequitur Barthol. a Ledes. dub. 25. de matr. post principium, asserere, esse conditionem generalem, quæ nihil facit, & tacite inest, si infidelis ad fidem convertatur. Diciturque, quia hæc conditio, si non est consanguinea, est generalis, & tacite inest, ob id quæ non suspendit (ut diximus hoc 5. lib. 1. disp. 1. n. 13.) Et quod cum consanguinea non potest consistere matrim. fed similitur cum infideli nisi convertatur, iniri nequit a fidei valide matrim. ergo ea conditio, si convertatur infidelis, est generalis, & nil operatur. Sed ex dictis constat, eam conditionem suspendere consensum: cum ea non appollita, promissio fit profusa invalida, & peccatum, ea tamen adjecta fit valida, & conditionis eventum obligat, ut simplex promissio, post eventum tamen, ut sponsalia. Nec simile est, de illa conditione, si non est consanguinea: cum enim fit de presenti, non potest consensum suspendere, nec aliquid operari: sicut ea conditio: si non est infidelis, contraheo tecum: focus autem est de illa, si convertaris, cum enim pendat ex futuro eventu, suspendit utique, & operatur.

S U M M A R I U M.

Refertur opinio asserens impeditos promittentes sibi mat. non expressa conditione, si Pontifex dispensaverit, perinde teneri, ac si ea expressa esset: si similiter valere conditionem legato adjectam, ut legatarius ducat consanguineam, licet ea conditio si Pontifex dispensaverit non exprimitur, n. 25. Et ibi, verba quantumcumque generalia restringenda sunt de habitate. Contraria opinio verior utroque casu, nu. 26. Et quid fit tractatur postea de dispensatione, nu. 27.

Solvuntur argum. num. 28. post quem sunt alia summaria.

Quæstio III. An valeat promissio matr. inter impeditos, non expressa ea conditione, si Pontifex dispensaverit, perinde teneri, ac si ea expressa esset? Affirmant quidam. Quia promittens matrim. consanguineæ necessario supponit dispensationem præmittendam esse, cum ea conditio a jure inest, eo quod aliter mat. constare nequeat. Ut conditio hæc, si alter voluerit. Et confirm. quia verba quantumcumque generalia, restringenda sunt, ut intelligantur de extremis habilibus, l. Ut gradatione 5. l. ff. de mun. c. honor. Sic tenent aliqui in alio simili, nimirum quando testator apponit conditionem in majoratu, vel legato, ut successor ducat consanguineam: dicant enim non esse differentiam, five explicet præcedenti dispensatione, five id taceat. Quia semper hoc intelligitur: verba enim tenentur in dubio, secundum jus commune intelligenda sunt. Ut notant DD. l. Hæredes mei, §. Cum ita, ff. ad 5. C. Treb. Sic Molina l. 1. de primog. c. 13. nu. 7. Gut. q. can. l. 1. c. 22. nu. 24. c. post. 18. n. 5. 6. 7. 8. male tamen fert Socinum jun. Et nihil referre, five ea conditio exprimitur, five taceatur, aut sol. 4. d. 29. q. 2. art. 1. vers. Retra factore. Et quando interceit iuramentum, docent idem Tab. verb. Sponsal. q. 8. n. 9. Et ibi Armilla, n. 11. limitans, fili ignorasset impedimentum, quo cognito non sibi promitterent. Et hæc sent. est satis probabilis.

Sed probabilis est, minime obligare promissionem, ea conditio non expressa, tanquam bonis moribus adversam. Quia conditio secundum præsentis temporis jus asseimari debet l. Continuis 137. §. Cum quis, ff. de verb. obl. ibi, non enim secundum futurum temporis jus sed secundum præsentis æstimari debet stipulatio. Præterea Prob ex



S U M M A R I U M.

*l. si stipuler. 34. in suo princ. ff. de verb. oblig. ubi dicitur, si stipuler foretorem adoptivum me diciturum, non valere: quia statim fit contra bonos mores, & l. 14. ff. de p. 6. libi, e. si a miser non querendo cum la condicio, non casare con aquel con quem lo mandava el testador, non avra el heredamiento, nin la mandada: furas ende, si aqel con quien le mandava que casasse, fuesse pariente de ella, o id. bono con quien no devia, ayn podia casar segun derecho: quia institutio parit pure facta, & preceptum de alienandis bonis majoratus, nil valent: quae tamen adjecta conditione, si Princeps legitimaverit, vel dispensaverit, valida sunt: ergo in archibus qui alias sine hac conditione, si Princeps dispensaverit, fuit nulli, minime subintelligitur haec conditio, nec validi sunt, ea tacita: Nec confert aliquid, si consanguinei sibi promittentes matr. intenderint praemissa Pontificia dispensatione. Quia cum fit contractus inter homines iustus, oportet externe necessaria ad illius valorem exprimi. Sicut in simili, dicit Nav. l. 4. cons. in l. edit. de spons. cons. 25. promittentem consanguineae matr. non tenere procurare dispensationem, licet intenderit procurare, nisi externe se homini obligari, vel inter Deo per votum. Hanc sent. tenent aliqui, in alio simili nimirum conditionem adjectam majoratus, vel legato, ducenti consanguineam, tacita conditione, si Pontifex dispensaverit, dicentes esse invalidam, & ea rejecta, institutionem manere param. Hi sunt, gl. l. Ut ex fratrib. verb. Confidendum, ff. de condit. inst. c. 2. verb. Voluerit, G. de inst. c. subdit. ubi & Bald. u. l. Cynus, Alber. Sicut. Bellapert. ibi Sigism. cons. 36. n. 1. & 2. Acosta l. 1. sect. c. 8. nu. 14. Mantica de consuet. ult. vol. 11. r. 18. n. 6. Et in propriis terminis promissionis matr. docent idem Andr. q. 3. de matr. dub. 10. ad 2. & ad confirm. 1. arg. Cov. 4. decr. 2. p. c. 3. in l. n. 7. Gu. q. can. l. 1. c. 22. n. 17. Et quidam Doctor cujus text. refert in consilii Nav. 2. edit. l. 4. tit. de consang. cons. 5. n. 1. Par. de Leds. de matr. qu. 47. a. 5. dub. 2. ad 4. Lud. Lop. 2. p. instrud. c. 42. de matr. f. 1086. col. 2. in solut. ad 3. Philari. in sum. parva, de off. sacer. cap. de sponsalib.*

27. Quando autem imita promissione absoluta inter consanguineos, tractant de imperanda dispensatione, jam tacite inest ea conditio, & obligabit promissio: cum in ea promissione adhuc perseverent.

28. Ad arg. prioris sententiae, proposita n. 23. Resp. Ad 1. die eam conditionem non inesse iure, sicut de simili conditione, probavi n. 24. hinc: nec esse simile de illa, si alter voluerit: quia non potest alter matr. constare, nisi Pontifex dispensaverit, non est ab intrinseco, & ex natura matr. sicut est, si alter voluerit: sed est ab extrinseco, ratione prohibitionis Ecclesiae, Ad confirm. & ad aliud arg. de dispositione testatoris, die ea esse vere quando verba sunt dubia: at in praesenti casu sunt clara.

S U M M A R I U M.

An quando impedimentum non est dirimens, sed impediens, a solo tamen Pontifice dispensabile, si probabile non valere promissionem matr. sub conditione, si Pontifex dispensaverit. Refertur opinio negans, n. 29. Et contraria prior, n. 30. Quid si impedimentum sit per Episcopum dispensabile, nu. 31. post quem invenies alia summaria.

29. Quae IV. An si impediti impedimento non dirimens, sed solum impediens, debet fidei de matr. contrahendo, praemissa dispensatione, sit probabile promissionem esse nullam, sicut quando impedimentum est dirimens, diximus n. 13. esse probabilem primam sent. id afferentem? Par. de Leds. de matr. q. 47. a. 5. dub. 2. §. 257. §. Sed adhuc est dubium, dicit esse probabilem etiam stando in illa prima opinione, hanc promissionem obligare. Advertit tamen (& bene) cum licitum sit post sponsalia votare castitatem, juxta opinionem probabilis, & religionem, juxta omnes, & per tale votum dissolvatur sponsalia (ut late diximus lib. 1. disp. 46.) libere huic promittenti, velle in suo voto perseverare, nec teneri petere dispensationem ad contrahendum (quod intelligo, nisi secuta esset virginitas defloratio, aut notabilis honestas infamia) oventa autem dispensatione, teneri contrahere, nisi denuo le voto astringat. Quia prior obligatio voti extincta est.

30. Sed verius est retenta illa prima opinione, non obligare promissionem, quando impedimentum est impediens, per solum Pontificem dispensabile. Quia omnes rationes illius primae sent. allatae, n. 5. aequae militent in hoc casu: cum haec conditio pendeat a voluntate Principis. Pro qua sent. faciunt Innoc. Host. Jo. And. Archer. Card. Abb. Alex. de Nevo, Sicut. cit. cod. nu. 5. pro illa sent. generaliter enim loquuntur, quando inter contrahentes subest canonicum impedimentum, nec distinguunt, an sit dirimens, vel impediens.

31. Imo licet non ita probabile sit, quando impedimentum impediens est dispensabile per Episcopum, non tamen caret probabilitate. Quia procedunt eadem rationes, n. 5. allatae. Nam hoc non potest fieri nisi per remedium extraordinarium dispensationis. Item procedit ea ratio, melius est stare juri communi prohibenti, quam particulari dispensationi. Item procedit illa, pendens a voluntate principis reputatur impossibile. Quia hoc non solum habet verum in principe supremo, sed etiam in inferiori: ut domino alicujus loci. Ut tradunt Socinus junior, cons. 74. n. 23. vol. 1. Juson l. Apud Julianum, §. Constat, n. 17. ff. de legat. 1. ubi dicitur, forte hoc esse verum, Imola, n. 13. & Alex. nu. 6. Idem tenet Zephalus, cons. 407. nu. 41. vol. 3.

An dato, possit consanguineus resistere a sponsalibus, teneatur resistens alteri expensas dispensationis, & si quas alias fecit, resistere. Et generaliter quomodo aliquis iure absque culpa alterius resistat a sponsalibus, ut si ingrediatur religionem, &c. Refertur opinio affirmans, n. 32. Et contraria prior, n. 33. Enodatur l. Si pecuniam, ff. de conditione causa data 33. Quid, si dolose contraxit animo postea resistendi, vel culpa sua, ut ob fornicationem, vel quia alium duxit, dissolvatur sponsalia, an teneatur hic alteri resistere expensas, nu. 34. Post quem invenies alia summaria.

Quaestio V. An promittens matr. sub conditione, si Pontifex dispensaverit in impedimento, si resistat sequens opinio non probabilem afferentem id esse licitum, teneatur alteri contrahenti solvere expensas occasione illius contractus, vel dispensationis impetranda gratia factas? Et generaliter, ut id teneatur, licite resistens a sponsalibus absque culpa contrahentis culpa? Ut si alter ingrediatur religionem, vel fiat notabiliter deformis? Duplex est sententia. I. Affirmat teneatur. Quia licet non teneatur ratione rei acceptae, cum in nihilo factus sit, ditor, nec ratione injuriae acceptationis, nullam enim injuriam admittit utens jure suo, at teneatur ratione contractus, ea enim est natura talis contractus, ut possit resistere, servando tamen alterum indemnem, non enim est iustum, ut alter, qui commodum non reportat, sentiat damnatum, sed ut resistens qui commodum reportat, sentiat damnatum. Et hanc esse naturam contractus, probatur ex l. Si pecuniam, ff. in princ. ff. de conditione causa data, ubi dicitur textus dantem pecuniam alicui, ut iret Capuam, altero nondum profecto, posse penitere, & resistere, subdit tamen textus: ut tamen sit indemnum tibi praestatur eius quod expendisti: ut si fecit sumptus necessarios ad professionem. Ergo similiter in nostro casu licet alter iuste resistat a promissione, teneatur alterum servare indemnem, solvendo expensas. Et posse aliquem ratione contractus teneri, licet non ratione rei acceptae, nec injuriae acceptationis, patet: nam si quis accipiat commodum in sui utilitatem tantum, teneatur de culpa levissima, secundum omnes, cum saepe non adit culpa venialis, nec injuria aliqua. Cujus ratio est: quia ut bene ait Navarra l. 3. de resist. c. 3. in nova edit. dub. 1. n. 7. quia ut ex maleficio teneatur, solum teneatur ratione injuriae, itaque obligationem solum crimen, & injuria parit: quando vero teneatur ex contractu, non injuria, sed natura contractus efficit, ut teneatur. Hanc tenet Gui. q. canon. l. 1. c. 22. num. 19. sine, & apponit Enriq. l. 12. de matr. c. 10. hinc. Et est probabilis haec sententia.

II. Sent. probabilior, aut, non teneri resistere alter expensas, sed quemlibet suam partem solvituram, cum fit onus commune. Imo si dispensatio petatur ad instantiam unius tantum, ipsi incumbere integras expensas solvere. Quia nullus videtur dolo facere, qui jure suo utatur. Reg. Nullus 55. ff. de reg. jur. cum ergo hic resistens utatur jure suo, non tenebitur refundere expensas, quasi dolo fecerit. 2. quia si ea expensa esset conditio, ut quilibet libere resistere possit, ab hac obligatione immunitus esset, sed ea conditio in hoc casu tacite inest, scilicet, ut quando contrahunt impediti, possit quilibet resistere: & quicumque contrahant, possit alter ad religionem convolare: ergo minime teneatur hic ad expensas. Nec potest alter conquiri, cum similiter possit ipse resistere absque expensarum solutione. Quare contractus utrinque est aequalis, 3. quia hic non teneatur ratione rei acceptae, nec injuriae acceptationis: ut constat. Nec ratione contractus, quia nullibi cautum est in jure, resistente jure a sponsalibus teneri expensas refundere. Nec est similis casus, d. l. Si pecuniam, cui contraria sent. innititur. Quia id est speciale in illo casu, lex enim quae posse ponit concessit, id onus poenitentem impositit, ut alterum servet indemnem: & merito quidem: quia in eo casu non est aequa contrahentium conditio. Qui enim pecuniam dedit, potest resistere, accipiens vero, minime, sed potest cogi. Ut notat gl. in l. Si pecuniam, verb. Sed cum, & ibi Bart. n. 4. & ita cum disparem utrique contrahentis conditionem fecerit, gravavit potentem resistere, servare indemnem alteram, qui a contractu recedere minime potest, in nostro autem casu aequa est utriusque conditio. Hanc tenet Petr. de Ledsma de matr. q. 47. art. 5. dub. 2.

Si autem dolose contraxit, animo postea resistendi, vel in 34. iuste a sponsalium fide recessit, tenebitur utrique expensas solvere. Unde femina, quae fornicando conditionem suam fecit deteriorem, nec eam absque dedecore potest alter ducere, tenebitur ad has expensas: quia culpa sua dissolvitur sponsalia, nec libere alter resistit, sed coactus ne honoris jacturam subeat. Secus autem credo, quando vir fornicaretur: non enim teneretur refundere expensas sponsae resistens. Quia libere resistit, nullum enim damnatum illi nubens patitur.

S U M M A R I U M.

An promittens consanguineae matr. si Pontifex dispensaverit, teneatur procurare dispensationem. Refertur opinio negans, n. 35. Contraria prior, nu. 36. Et cujusdam expensio, nu. 37. Post quem sunt alia summaria.

Quaestio VI. An promittens feminae consanguineae matr. mo-

gnium, si Papa dispensaverit, teneatur procurare dispensationem, eisque expensas facere? Haec quaestio loem habet retenta opinio probabiliori, afferenti hanc promissionem obligare Nav. l. 4. consilii. edit. de sponsal. cons. 25. docet minime ad hoc teneri, quamvis ipse matr. eam voluit: sed tantum teneri dispensationem obtinere contrahere, quamvis animam haberet dispensationem procurandi, nisi in animis tacite, vel expresse, esset femina intumata. Ducitur: quia non le obligavit ad procurandum dispensationem, sed tantum ad ea obstantia contrahendam: nec intentio impetrandi minime alteri intumata confert: cum sit contractus humanus.

36. Dico 1. teneri procurare dispensationem. Quia licet expresse id non promittit, eo ipso quod promittit dispensationem concessa matrini videtur promittere se dispensationem procuraturum. Quia hoc est accessorium. Et quia obligatus ad aliquid faciendum, subinde tenetur efficere, ut ad actus valeat: juxta doctrinam Jofon l. Huiusmodi, in princ. n. 27. ff. de legat. 1. Sic docent Tab. verb. Sponsalia, q. 8. n. 9. Armilla ibi, n. 11. Petr. de Ledsma de matr. q. 47. art. 5. dub. 2. Et quando deflorata est virgo, sub ea ipse, docent idem Nav. l. 4. consilii. 2. edit. tit. de consang. cons. 5. sine, & quidam Doctor cujus text. refertur cod. cons. 5. n. 7.

37. Dico 2. quamvis hic Doctor eod. cons. 5. dicat, teneri promittentem suis expensis impetrare dispensationem: verius esse, sive a viro, sive a femina impetretur, sumptus esse utriusque communes. Quia negotium commune est.

S U M M A R I U M.

Non licent tacitas, & oscula inter impeditos, promittentes sibi matrini. Praemissa dispensatione, dum ea imperata non est, nu. 38. Quid, ea imperata, nu. 39. Et quid in aliis sponsalibus conditionalibus, 40.

Quaestio VII. An impeditis contrahentibus sponsalia, sub conditione, si Papa dispensaverit, liceant tacitas, & oscula, quae sponsis de futuro permittunt? Breviter dic, ante impetratam dispensationem, minime licere. Quia haec tantum licent inter sponsos de futuro, ea ratione, quia sponsalia sunt quoddam matrini iurium: sed haec promissio tunc non habet vim sponsalium (ut diximus n. 22.) ergo tunc licet. Sic docent Sotus 4. disp. 29. q. 2. a. 1. ad finem, verbi. hoc tamen addiderim, Veraciter append. ad speculum, super a. 19. de condit. matrini fol. 118. §. Hanc opinionem, Gutier. q. canon. l. 1. c. 22. n. 17. sine, Barth. a Leds. de matr. dub. 25. concl. 5. sine.

39. Idem dicendum est, imperata dispensatione, si cum est ratificatus prior ille consensus: juxta opinionem relatam, n. 23. sententiam, non esse haec vera sponsalia. At retenta opinione, quam amplius sumus, n. 24. haec esse vera sponsalia, dicendum est licere illis inplex, & oscula, eo modo, quo licent sponsis de futuro.

40. Hinc inferitur, idem dicendum esse in quibuscumque sponsalibus conditionalibus: nimirum, ante impletam conditionem, non licere hoc tacitas, & oscula: bene autem impleta conditione: ratione dicta.

DISPUTATIO VI.

Utrum conditio honesta, & possibilis adjecta, de praesenti, praeterito, vel futuro, suspendat matrimonium?

S U M M A R I U M.

Si est de praeterito, vel praesenti, non suspendit, sed si est vera, valet matr. secus non, nu. 1. Et ibi resistere, an oporteat ut Parocho, & resistens notum sit conditionem impletam esse. Et si est de futuro, suspendit, nu. 2. Adiecta ex intervallo minime suspendit, nu. 3. Nec si mutuo consensu apponatur, secus in sponsalibus, vel in aliis contractibus, 4. Quid, si conditio non referatur ad arbitrium alterius, ut si tantum dederis summam, 5. An semper haec conditio, si tantum mihi donaveris, suspendat, nu. 6. Et ibi, resistere an per copulam videatur necessum ad ea conditione, ita ut jam non debeatur dori, & a quacumque alia conditio honesta. An suspendat conditione relata in quibuscumque arbitrium, ut si exaratus quidam consensus, 7. An sub conditione incens matrimonium, vel sponsalia possit ante conditionis eventum resistere, 8.

Prima conclusio sit, conditio honesta, & possibilis de praesenti, vel praeterito, adjecta matrini, illud non vitiat, nec suspendit, sed si conditio tunc est vera, ut si pater tuus vult, vel voluit, est statim validum matrini. In vero est falsa, est statim irritum. Haec conclusio est, D. Th. 4. q. 29. qu. un. art. 3. quaestio. 3. quem omnes sequuntur. Et quamvis D. Th. solum loquatur de conditione de praesenti: at omnes idem dicunt de conditione de praeterito. Prob. quia nihil tunc ad matrini substantiam, si conditio tunc est vera: cum adit consensus maritus de praesenti, nullatenus est futuro eventu dependens. Item, quia in aliis contractibus conditio de praesenti, aut praeterito, non suspendit, sed si ea est vera, valet contractus, si vero non Thom. Sanchez de Matrini. Tom. 1.

est vera, non valet. Ut habetur expresse, l. institutio tupto, ff. de condit. inst. l. Cum ad praesent. 37. ff. si cori. per. 65. Conditione, inst. de verb. obligat. Utrum autem oporteat, non tantum ut Parocho, & testibus constet de matr. sed etiam de conditionis implemento? dicam disp. 8. nu. 23. & 24.

11. Conclusio: conditio possibilis, & honesta de futuro, suspendit contractum matrini, ut in illo modo valet, dum conditio non impletur. Sic habetur expresse, c. super eo, &c. De illis, de condit. appoi. c. l. 3. c. 4. par. 4. Et ratio est manifesta, quia ea est natura conditionis, ut suspendat valorem contractus sub ea miti in eventum conditionis, l. si in stipulato fuerit hanc summam, ff. de verb. obi. c. l. 1. r. 4. p. 4. sed nullo jure receduntur a matrini conditione honesta, & possibilis, sed tantum turpes, & impossibiles: ut constat ex cap. fin. de condit. appoi. ergo conditio honesta, & possibilis suspendit matrini, & efficit, ut minime validum sit, donec impletur conditio. Et in hac conclusione omnes conveniunt.

Intelligenda tamen est prima conclusio, si conditio adjecta: ubi enim matrini contrahendi matrini secus fit intervallo: ubi enim matrini, semel contractum est, cum jam iustum effectum sortitum sit, nec est communis consensus licet ab eo recedere, nullam admittit conditionem, l. Perfecta, C. de donat. quae sub mon. libi, perfecta donatio conditionis postea non cap. Ita gloss. cap. De illis, verb. Huiusmodi verbis, de condit. appoi. c. ibi Host. paulo post principium, Ant. n. 6. Alex. de Nevo, n. 18. Praepos. n. 4. Palud. a. d. 29. qu. 2. art. 3. conclus. 2. n. 17. D. Anton. 3. p. 1. c. 19. §. 5. in princ. Angel. Matrimonium. 2. impedimentum 2. n. 13. Sivester. Matrimonium, 3. q. 1. 1. 1. 1. 1. Taberna. Matrini, 2. sine, Crotus. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 1. n. 8. Nav. Jun. c. 22. nu. 63. Lud. Lop. 2. p. instrud. novi, materia de matrini. cap. ad f. 1088.

Hoc tamen dicit inter, matr. & alios contractus ut sponsalia: quo cum potest non possit etiam mutuo consensu dissolvi, non potest postquam semel contractum est, pati conditionem, etiam ea utraque consentit: ut ceteri contractus cum mutuo consensu dissolvi valeant, possunt, etiam mutuo consensu admittere conditionem. Ut sponsalia, secus ex alterius consensu. Sic Anton. eo. c. De illis, nu. 6. Alex. de Nevo nu. 17. Praepos. nu. 4. Palud. ibid. concl. 3. nu. 18.

2. Intelligenda est conclusio, ut conditio de futuro tunc suspendat, quando refertur ad arbitrium alterius, ut Contrahere tecum, si pater consentiret: quia est circa substantiam matrini, nempe, circa consensum: secus de alia conditione, ut Contrahere tecum, si tantum dorem dederis: cum enim fit circa qualitatem, non suspendit, sed statim valet matrini. Sic Siquar. tit. de condit. appoi. in principio, n. 2. Vincemus, Petru, & Abbas antiquus. c. De illis de condit. appoi. ut ibi eos refert Ald. n. 5. Ceterum contrarium tenendum est, nempe utraque conditione suspendere. Probatur ex d. c. De illis, c. l. 3. tit. 4. par. 4. ubi utraque conditio tanquam matrini suspendiva, ponitur. Et ratio est, quia quaecumque sit conditio, si vere relata in arbitrium tertii, siue non, semper suspendit, ac respicit consensum substantiamque requisitum ad matrini nempe, ipsorum contrahentium: substantia enim matrini, non regulatur a tertii consensu, vel dissentia. Sic docet Host. summi. tit. de condit. appoi. nu. 12. vers. Si conditio honesta, Joan. And. deas in alium locum, specul. verb. Super eo, c. 1. Super eo, de condit. appoi. nu. 3. & ibi Anton. nu. 6. Card. nu. 1. & d. c. De illis, sine, ubi & Archer. 7. Abb. nu. 5. Alex. de Nevo nu. 16. Praepos. sine, Henrich. c. fin. nu. 4. de condit. appoi. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 5. vers. Quare est conditio. Sicut a. d. 29. qu. 2. a. 3. concl. 4. Petr. de Soto l. 3. de matr. c. 1. par. 1. instrud. novi, concl. 23. num. 3. (habetur tom. 9. tra. 5.) Alex. Caverius lib. 4. de spons. cap. 6. (habetur eod. tom. 9.) Nav. Jun. c. 22. num. 62. Covar. 4. decr. 2. p. c. 3. intro, nu. 2. Greg. Lop. lib. 3. verb. Casar. tit. 4. p. 4. Ant. Cae. l. 5. insti. matrini. tit. 11. nu. 53. Barth. a Leds. dub. 25. de matr. consil. 3. Lud. Lop. 2. par. instrud. novi materia de matrini. cap. 43. in fine.

Monerim tamen, dum diximus, suspendere matrini, ac esse validam conditionem, si tantum mihi donaveris, intelligi, quando est causa iusta dandi, ut in dorem, vel quia est disparitas inter contrahentes: alias enim est conditio turpis juxta l. si in stipulato, la. §. 8. si ibi nuptero, ff. de verb. obi. & dicit l. 1. disp. 23. nu. 4. quare tanquam conditio turpis non suspendit, sed respicitur (ut hoc s. lib. disp. 15. nu. 1. de conditionibus turpibus dicemus) si Abb. c. de illis, de condit. appoi. nu. 3. & ibi Alex. de Nevo nu. 3. Praepos. nu. 1. Resilla matrini 5. nu. 6. Arg. matrini, 3. impedim. 3. nu. 5. Sivester. matr. 3. q. 5. Tabien. matrini. 2. q. 11. n. 12. An autem per copulam videatur recessum a conditione honesta, tam dandi dorem, quam a quacumque alia, nec tunc dos debeatur: ut dixi lib. 1. disp. 26. nu. 12. & 13.

Hinc inferitur, minus bene aliquos DD antiquos, quos ra. 7. citio nomine referunt, ac reprobandos Goffredus sum. r. de condit. appoi. n. 3. & ibi Host. in sum. n. 12. vers. Si conditio honesta, dicitur, non valere conditionem relatum in quocumqueque arbitrium, sed tantum eorum, qui contrahentes matrini habent sub sua potestate, ut parentum. Sed (ut probavimus) omnis conditio modo honesta, & possibilis licet, valet, ac suspendit.

3. Intelligenda est conclusio, ut quamvis conditio honesta sit, suspendat tam matrini, quam sponsalia, usque ad conditionis eventum, nec fit usque tunc perfecta obligatio, at non potest alter antequam conditio debeat, recedere a sponsatione, sed teneatur expe-







nam, ergo si adveniente conditione non sit alius novus consensus, minime etiam sufficiens erit. Prob. antecedens, nam ille consensus est conditionalis, qui cum sit imperfectus, non sufficit ad sponsalia, nec matrimonium. c. unico spon. in 6. Nec etiam adveniente conditione sufficiens, si enim interim alter dissentiret, non esse sufficiens: ergo nec a principio fuit sufficiens, si enim sufficiens esset, nil referret si medio tempore ille consentiens dissentiret, conditione postmodum impleta. Ut constat in ceteris contractibus sub conditione gestis. Et confirm. quia si ille consensus ab initio sufficiens non est, cum eventus conditionis non efficiat novum consensum, adhuc insufficiens erit. 2. Prob. sacramenta novae legis non possunt pendere a futuro eventu, sed statim aut valida, aut irrita sunt, ut Absolve, vel Baptizo te, si cras restitueris, nil valet, juxta omniam sententiam: sed matrimonium est sacramentum novae legis: ergo contractum sub conditione de futuro, non potest pendere ut statim validum sit, a futura conditione, sed exigitur novus consensus. Prob. contractus matrimonii celebratus sub praedicta conditione, statim habet vim obligandi sub conditione, & non in ratione matris, ut constat: quia illi interim ante conditionis eventum aliud celebrat matrimonium: ergo solum obligat in ratione sponsalium: ergo impleta conditione non efficitur matrimonium. Sponsalia enim sub conditione non transeunt in matr. per implem. conditionis, ut diximus n. 1. 4. Probatur, ad matr. requiritur consensus de praesenti, sed hic consensus, Accipio te in meam, si pater tuus consenserit, non est de praesenti, sed de futuro. Ut habetur c. Super eo, spon. de condit. appol. ibi, cum huiusmodi consensus non sit de praesenti habendus, licet per verba de praesenti evidentius exprimitur, quia in alio arbitrio non habito, sed habendo consistit: ergo. Et confirm. ex eod. c. Super eo vers. Respondemus, ubi habetur, eam, qui in mulierem consentit, si pater voluit, non esse cogendum contrahere matrimonium. nisi voluntas patris postmodum intercedat: ergo hac intercedente, cogendus est: si ergo impleta conditione cogendus est contrahere, non erit statim matrimonium. 5. Probatur, omne matrimonium celebratum inter Christianos, est sacramentum, sed hoc non est sacramentum, etiam impleta conditione abique novo consensu, non enim apparet signum sensibile tunc adesse, quod enim prius adfuerat, scilicet, illa verba conditionalia, minime enim sufficiens: ergo non est matrimonium. Haec sunt potissima argumenta quibus haec sententia fulcitur, & est communis Theologorum, & probabilissima. Hanc tenent D. Th. 4. d. 29. q. unico. art. 3. questio 3. D. Bonaven. 4. d. 28. q. 3. nu. 13. Et ibi Durand. q. 2. n. 5. Et in solut. ad l. Ricard. ibi, art. 2. qu. 2. Major. 4. d. 27. q. 4. Videtur relictis de matr. p. 1. puncta. 2. n. 9. Et sum. materia de matr. n. 258. Adrian. 4. q. 3. de matr. ante q. 1. Satus 4. d. 29. qu. 2. art. 1. concl. 3. Ledes. 2. p. 4. qu. 45. art. 1. 5. Praeterea est dubium, fol. 440. colum. 4. Et post 4. propositionem, fol. 441. colum. 4. Angles florib. 1. p. materia de matr. q. 2. de consensu conditionato, art. un. difficult. 2. Candelabrum sacramentorum, 1. p. materia de matr. n. 54. Barrij. lib. 11. de matr. c. 12. nu. 3. Barbol. a Ledes. quib. 25. de matr. concl. 5. Lud. Lop. 2. p. infruct. novi, materia de matr. cap. 42. fol. 1083. Petr. de Ledes. de matr. q. 47. art. 5. dub. 7. princ. concl. 12. fol. 246. Et ex Jurisprudentia hanc tenent Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. int. n. 5. Nav. sibi contrarius, 1. 2. consilior. in 2. c. tir. iii. de spon. conf. 14. n. 7. Anton. lib. 5. repon. tit. 1. rubr. gloss. l. nu. 63. Gutierrez. lib. 1. quest. canon. cap. 22. num. 21.

4. Ex hac sententia inferitur, si post eventum conditionis ante novum consensum praesentium, alter aliud contrahat matrimonium, peccare quidem contra fidem praesentium, ad validum esse matrimonium, quia prius tantum habebat vim sponsalium. Sic Satus eod. art. 1. post 3. conclus. vers. Sed arguitur ad id, Barbol. a Ledes. dub. 25. de matr. post 5. conclus. ant. vers. Et annotare hic oportet.

5. II. Sententia (quam multo probabiliorum exitimo) docet, adveniente conditione statim abique novo consensu effici matr. Prob. I. ex c. Super eo, de condit. appol. ibi Pontifex rogatus an qui per verba de praesenti contrahit sub conditione, si pater voluerit sit impleta conditione cogendus consummare matr. Respondet non esse cogendum ad contrahendum, nisi voluntas patris intercedat: ergo a contrario sensu hac intercedente cogendus est contrahere: quod verbum videtur intelligendum de contractus perfectione, id est, matrimonii consummatione; quia interrogatio de consummatione est proposita: cui responso consummare debet, & juxta illam esse intelligendum c. Qualiter, quando, de accu. ad finem, ante vers. Hunc tamen ordinem, ibi ut juxta formam iudicis, sententiae quoque forma dicitur, ergo supponit Pontifex adveniente conditione iam esse contractum matrimonium, 4. Probatur, sicut ad matr. requiritur prius consensus de praesenti, ita ad sponsalia purus consensus de futuro, sed consensus conditionatus de futuro adveniente conditione abique novo consensu perficitur, & manent sponsalia perfecta ac pura, ac si ab initio essent pure inita, & ex tunc incipit omni publica honestas, quae antea minime oriebatur: ut omnia haec constant a contrario sensu ex c. un. c. de spon. in 6. ergo similiter consensus de praesenti imperfectus ante implem. conditionis, ea impleta perficitur, & ab eo tempore censetur perfecta, ac si a principio pure fuisset contracta, l. Por. in principio, ff. qui potior in pign. bab. ibi, cum enim semel conditio extitit, opponere habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio in-

terposita est, sine conditione facta esset: sed si a principio non esset adjecta conditio erit matrimonium validum, & perfectum: ergo similiter impleta conditione, 4. Probatur, quia ceteri contractus conditionales impleta conditione abique novo consensu perficiuntur, l. Haec venditio 7. ff. de contrab. emp. ibi, conditionales venditiones tunc perficiuntur cum impleta fuerit conditio: ergo idem dicendum est de matr. Sed assignatur ratio differentiae: quia ceteri contractus non sunt sacramenta ut est matrimonium, & sacramenta non possunt pendere ex futuro eventu. At haec differentia est omnino trivialis: Quia quando Deus instituit matrimonium sacramentum, in nihil alteravit contractus naturam, sed eam illatam, ac immutatam elevavit ad esse sacramenti: si ergo matrimonium natura quatenus est contractus, petit, ut dum sub conditione celebratur, impleta conditione firmum maneat: esse sacramentum nihil obstat. Praeterea, quia ea ratione, qua matrimonium est quidam contractus, habet alia quae cetera sacramenta minime patiuntur, ut non habere inultum distinctum ab ipsis contractibus, posse fieri per procuratorem, non requiri ut uterque conjux simul tempore consentiat, ut constat: cur ergo non habebit, ut possit pendere a futuro eventu? Et confirmatur, quia si alter conjux dicat, consentio in te, si tu in me consenseris, pater hoc matr. ex futuro eventu consensus alterius, & quando celebratur matrimonium, per litteras, eodem modo pendet. Alia assignatur ratio differentiae, quia in aliis contractibus potest lex disponere circa consensum, illumque supplere, secus in matr. Sed nec haec differentia est sufficiens: quia lex non supplet consensum in aliis contractibus conditionalibus, dum impletur conditio, sed explicat illi, quod ex natura rei habet contractus. Alia differentia assignatur, quod in aliis contractibus, jure praesertim semper in virtute durare prorem consensum, donec impleatur conditio: secus in matr. Sed hoc est gratis dicendum. Quia in matr. etiam praesertim idem. Ut quando contrahitur matrimonium, per procuratorem, praesertim consensus durare insistentius procuratorem juxta cap. fin. de procurat. in 6. Alia differentia assignatur, cum alii contractus rescindi possint, & transferre dominium ad tempus, & ideo impleta conditione censetur statim abique novo consensu purificari: sed in matrimonio, quod semel fuit contractum est perpetuum. Sed haec ratio minus placet: quia non obest perpetuitati matrimonium, posse contrahi sub conditione, & ea impleta manere firmum: tunc enim manet peremptum, & irrevocabile. Tandem probat, haec sententia, quia ceterorum potest transferri dominium sub conditione, ita ut ea impleta, & non ante, ea dominij translatio effectum habeat: ergo similiter in matr. Hanc sententiam tenent communiter DD. juris Pontificii, Innoc. cap. 1. num. 4. Et cap. Super eo, spon. de condit. appol. Hostiens. eod. cap. 1. paulo post princ. Et ibi Joan. An. dicit, num. 1. in d. c. Super eod. spon. de illis, n. 4. Car. d. c. 1. nu. 1. Et d. c. Super eod. spon. de illis, n. 4. De illis sine. Henr. c. fin. cod. tit. 14. Alex. de Nevo, d. c. 1. nu. 4. Et d. c. De illis, num. 16. Et d. c. Super eod. n. 25. Praep. d. c. 1. nu. 1. Anton. de Butrio d. c. Super eod. n. 9. Navar. sum. Lat. Et spon. cap. 22. nu. 63. int. Et num. 64. fin. Et lib. 4. vers. tit. de condit. appol. nu. utraque edit. conf. 1. per totum: Montanov. l. 2. sine, Et l. 6. int. tit. 4. p. 4. Bouvel. de spon. concl. 33. nu. 3. (habetur tom. 9. tract. 1.) Villalobos in comm. lib. opin. lib. M. 66. Ant. Cucus, lib. 5. infl. major. tit. 11. qu. 55. Et ex Theologis eam tenent Palud. 4. q. 29. qu. 2. art. 5. ad fin. min. 37. Petr. de Soto liti. 3. de matr. s. Quarto denique insinuat. Manual. l. tom. summ. in 2. edit. cap. 219. concl. 19. num. 19. Et videtur teneat Viguerius lib. infl. c. 16. §. 7. vers. Sexto, & ad finem. Et dicit valde probabiliter Petrus de Ledesma de matr. quib. 47. art. 5. dub. 7. princ. post, conclus. l. fol. 243.

Neque est opus, ut contrahentes sciant conditionem jam extitisse, ut matrimonium impleta conditione perficeretur, sed eo ipso quod conditio event, purum manet, sicut qui contrahit per procuratorem, eo ipso quod procurator consentit, firmum manet matrimonium, quatenus contrahens id ignorat. Sic Anchar. cap. Super eo, de condit. appol. num. 8. licet tandem id cogitantium relinquat: sed immerito, quia est verissimum. Ut tamen scire possint uti matrimonium, necessarium est ut sciant conditionem esse jam impletam, atque ita matrimonium esse perfectum.

Ex hac sententia inferitur contra priorem, matr. alias contractum post prius conditionale, & impletam jam conditionem esse invalidum. Quia per implem. conditionis, prius matrimonium omnino firmum fuit.

Ad argumenta opposita sent. proposita n. 3. resp. Ad i. concessio antecedenti, negatur consequens, quatenus enim ante adventum conditionis, insufficiens sit, ea tamen adveniente manet purus, & perfectus. Et ad probationem dico, quatenus si interim ante conditionem impletam dissentiret, non esse sufficiens, si tamen non dissentit, sufficiens esse: necque esse simile de aliis contractibus conditionalibus, in quibus dissentens medi tempore nihil obest valori contractus, quia cum ille sit contra iustitiam, supplet lex consensum, prout supplet potest: in matr. autem supplet minime potest: & si argum. aliquid probaret, convinceret matr. per procuratorem esse invalidum, & sponsalia contracta sub conditione, ipsa impleta, non valere: utroque enim casu dissentens medi tempore efficeret, ut non valeret sponsalia, nec matrimonium. Ad confirmationem, dico, quatenus impleta condi-

tionem non efficiat novum consensum, satis esse ut valeat matrimonium, ut prior illo qui imperfectus erat, & ejus perfectio pendebat a conditionis implem. ea impleta perficitur. Ad 2. constat ex dictis differentia: quia ratio sacramenti non immutat naturam contractus, quare sequitur naturam aliorum contractuum, qui possunt pendere ex futuro eventu. Ad 3. dico matrimonium conditionale esse contractum medium inter purum matrimonium, & sponsalia antequam impleatur conditio: & convenire cum matrimonio, quia sit per verba de praesenti, in quo dissentit a sponsaliibus, quae sunt per verba de futuro: unde non obligat tanquam matrimonium purum, neque etiam ut sola sponsalia, sed ut matrimonium conditionatum, cujus perfectio, & valor possit ab implem. conditionis. Ad 4. dico esse consensum de praesenti, pendentem tamen a futuro eventu: unde dum c. Super eo, dicitur non esse consensum de praesenti, intelligitur de perfecto, & absoluto, secus de conditionalibus. Ad confirmationem dico, ibi contrahere, accipi per consummare matrimonium, ut probavi n. 5. Ad 5. nego minorem, sed est verum sacramentum: nam cum Christus elevaret matrimonium ad esse sacramentum, non immutavit naturam contractus, id quod sufficiens erat ad rationem contractus, sufficit etiam ad rationem sacramenti: nec requiritur aliud signum: quatenus sufficiunt illa verba sub conditione, ubi conditio impleta est.

S U M M A R I U M.

Quando contrahentes de praesenti sunt inhabiles, an contrahunt sub conditione, si Pontifex dispensavit, & dispensatione obstita, conjugat uterque matrimonium abique novo consensu: refertur opinio auctoris exigi novum consensum, num. 9.

Contrarius verior, num. 10. Et solvantur argumenta, num. 11. Post quem invenies alia summaria.

Q uaeſtio II. An non tantum quando matrimonium contrahitur inter personas habiles sub conditione, efficiatur validum abique novo consensu, conditione impleta (ut diximus n. 5.) sed etiam, quando inter inhabiles, ut si conjugantur contrahentes per verba de praesenti sub conditione si Pontifex dispensaverit? Duplex est sententia. Prima ait, non efficitur matrimonium abique novo consensu, Probatur 1. quia licet constitutio nova non respicit praeterea, c. 2. Et c. fin. de cons. ita ne dispensatio matrimonium, quod invalidum erat, utpote inter personas illegitimas efficiatur validum. Et confirmatur, quia Pontifex dispensavit, non est praeteritum matrimonium, confirmare, sed est impedimentum tollere, & contrahentibus facultatem concedere, ut possint matrimonialiter conjugari. 2. Probatur, quia consensus non potest retrahari, quando ab initio non potuit legitime praestari cum utrumque extremum ei convenire debeat: ut notatur l. Si quis per emptorem, 15. ff. de iur. ac. sed hic consensus non potuit ab initio legitime praestari, eo quod extrema erant inhabilia: ergo eventum conditione non potest consensus retrahari, ut perficiat prius matrimonium. Tandem, quia ad matrimonium requiritur consensus de praesenti inter personas legitimas, & habiles: solum enim haec sunt subiectum capax rectitudinis hoc sacramentum, sed tempore contractus fut consensus inter personas illegitimas, & inhabiles, & tempore impletae conditionis non ratificatur est prior consensus, sed immutatus permanet: ergo non perficitur matrimonium. Hanc tenent ex Jurisprudentia Innocent. Et spon. cap. Super eo, paulo post princ. de condit. appol. Et ibi Joannes Andreas, nu. 2. Card. nu. 2. qu. pen. Abb. nu. 8. Alex. de Nevo, nu. 16. Rosella Matrini. 5. nu. 14. Silvestri Matrini. 3. qu. 6. Tabien. Matrini. 2. qu. 12. num. 13. Franciscus Arct. l. Apud Julianum, §. Confas, num. 11. vers. Et ad materiam nostrae legis, quam legem interpretatur simul cum l. Cum servus, ff. de legat. 1. Villalobos in commun. opin. lib. M. nu. 67. Navar. lib. 4. consiliorum, in 2. edit. tit. de spon. conf. 14. nu. 7. Ant. Cucus lib. 5. infl. major. tit. 11. num. 59. Tello l. 22. Tauri nu. 18. Et ex Theologis eam tenent Victoria summa, materia de matr. n. 258. dicens oppositum esse errorem intolerabilem: Satus dicens omnino certum, d. dist. 29. qu. 2. art. 1. post 2. conclus. vers. Novam autem, Veracruz l. p. spec. art. 19. §. Responditur quod non, Ledes. 2. p. 4. qu. 45. art. 1. §. Praeterea est dubium, Barrij. l. 11. de matr. c. 12. nu. 3. Bar. a Ledes. dub. 25. de matr. s. Et annotare hic oportet, Palacios placentium. Petrus de Ledes. de matr. q. 47. art. 6. dub. 2. quod tenet post 7. principalem, fol. 258. col. 2. §. Nihilominus sit verba concl. Candelabrum sacram. 1. p. materia de matr. num. 55. Lud. Lop. dicens oppositum esse impossibile 2. p. infruct. de matr. cap. 42. fol. 185. col. 1.

10. His tamen non obstantibus, secunda sententia (quam probabiliorum exitimo) ait adveniente dispensatione, statim abique novo consensu matrimonium perfici. Probatur, sicut matr. requiritur consensus de praesenti inter personas legitimas, ita sponsalia inter inhabiles, sub conditione reddente eos habiles, ut si duo contraherent de se fidem de futuro matrimonium contrahendo, si Papa dispensaverit, vel fidelis promittat infidelis matrimonium si ad fidem converteratur, manent firma, & valida, impleta conditione (ut ex multis probavimus hoc lib. 5. disp. 5. n. 24.) ergo similiter dicendum est de matr. Quare non mirum Thom. Sanchez de Matrini. Tom. I.

est, si tot Doctores contrarium sequantur sententiam, loquentur enim consequenter ad opinionem quam defendunt, nempe, eam conditionem, si Papa dispensaverit, esse impossibilem, & haberi pro non adjecta: quae sententia vera esset, cum contractus omnino esset nullus, & reprobus, nec conditio illa suspenderet, verum non esset adveniente conditione non perficiatur matrimonium, quia prior consensus omnino erat nullus. Verum tenendo id, quod tanquam longe probabilius hoc §. l. disp. 5. n. 13. defendimus, eam conditionem esse possibilem, & honestam, sponsalia esse conditionalia, & impleta conditione perfici, consequenter loquendo, idem dicendum est de matr. sub eadem conditione contracto. 2. Probatur, quia contrahentes per verba de praesenti sub ea conditione, si Pontifex dispensaverit: non contrahunt pro tunc, sed pro tempore impletae conditionis: haec enim est conditionis natura, ut suspendat actum, & ejus absolutam obligationem, in tempore impletae conditionis: ut dicitur l. Cedere diem, 213. ff. de verb. signifi. at tempore impletae conditionis sunt habiles, & nihil obstat quominus perficiatur matrimonium, ergo perficitur. Et ideo hanc sententiam tenent Ant. cap. Super eo, de condit. appol. nu. 8. Caldorinus ibi. Et in hac magis inclinat Praep. ibi, n. 5. Et tenent Angel. Matrini. 3. impud. 3. n. 4. Greg. Lopez. l. 3. verb. Casar me, tit. 4. p. 4. Et Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. initio, n. 9. et recentia opinio Doctorum juris Canonici, matrimonium conditionale perfici impleta conditione, se non videre cur non idem dicendum sit in hoc casu. Et Petr. de Ledes. cit. num. praeced. dicit hanc esse probabilem.

Ad argumenta prioris sent. proposita n. 9. responderetur. Ad 1. concedo dispensationem non efficere, ut prius matrimonium invalidum, perficiatur: sed tollit impedimentum, & ponit in esse conditionem, ex qua pendebat consensus contrahentium, quare cum tunc perficiatur consensus, perficitur virtute illius matrimonium. Ad confirmationem dico, Pontificem dispensare, licet non sit periree matrimonium, esse tamen tollere impedimentum, & ponere in esse conditionem, quando sub illa contraxerant de praesenti: quando autem solum per verba de futuro, tollere impedimentum, ut possint celebrare matrimonium. Ad 2. nego minorem: nam ille consensus ab initio fertur in personam legitimam, & habilem: cum natura conditionis sit suspendere consensum, utque ad illius eventum, & post eventum conditionis, nempe, ubi Pontifex dispensavit, est habilis. Ad 3. nego minorem: non enim fuit consensus inter personas illegitimas, & inhabiles, cum non fuerit praesertim pro eo tempore, quo tales erant, sed pro tempore quo Pontifex jam dispensasset, & tunc jam erant legitima, & habiles.

S U M M A R I U M.

Quando quis duas feminas duxit de praesenti, sub conditione honesta, ea simul impleta, quod matrimonium illarum praevaleat? Refertur varia sententia, num. 12. l. 14. Sententia auctoris, neutrum matrimonium valere, 15. Si conditio non simul impleatur, praevalebit matrimonium, cuius conditio prius impleatur, 16. Quid quando sunt sponsalia sub conditione honesta cum duabus contrahentibus, & utroque conditio simul, vel successively impleatur? Refertur quaedam sententia, nu. 17. Et sententia auctoris, 18. Solvantur argum. nu. 19. Post quem invenies alia summaria.

Q uaeſtio III. Quando quis contrahit cum duabus sub conditione honesta, si tantam dotem dederit, impleta simul conditione, quod matrimonium praevaleat? Ut clare procedamus, potest quaestio hanc locum habere, vel quando contracta sunt sponsalia cum duabus, sub ea conditione, & simul, aut prius impleatur conditio: vel quando contractum est matrimonium per verba de praesenti. Quodam ergo dicunt, quando contractum est matrimonium cum illis duabus, sub ea conditione, & simul impleatur conditio, praevaleat prius matrimonium. Quia potior est conditio prior, nec posterius potuit priori praevaleat: regul. Qui prior, 54. de regul. iur. in 6. cap. Mandato, de prebend. in 6. Item, quia primum vinculum excludit secundum sibi contrarium, cap. Intellecto, Et cap. Ea re, de iur. iur. Sic Tabien. Matrini, 2. quest. 11. num. 12.

Alii dicunt praevaleat secundum matrimonium, sive simul, 13. sive posterius impleatur conditio secundi matrimonii: & hoc supposita opinione communi Doctorum juris Pontificii, esse matrimonium impleta conditione: nam si dicamus cum communi Theologorum esse sponsalia tantum, iudicandum erit, sicut statim n. 18. dicemus de sponsaliibus. Prob. haec sent. quia ad hoc ut primum matrimonium perficiatur adveniente conditione, requiritur, ut contrahens maneat in eadem voluntate, at per posterius matr. recedit a priori voluntate: ut constat ex l. si ff. de divortis sine, ibi, praevaleat si pariter sibi desponderit alia, vel desponderit, vel matr. alterius acceptaverit credendum est nolle hanc nuptiam. Ergo omnino manet prius matrimonium, dissolutum, & licet valeat posterius. 2. Quia nunquam fictio retrahitur in praedictum actus medio tempore gesti, l. si indubium, §. 1. Et ibi Bar. ff. rem rita haberi: ergo fictio, qua consensus trahitur ad tempus eventus conditionis, non debet retrahari ad tempus primi matrimonii, in praedictum secundi medio